



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De VValtero de Milene, cap. 17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

## CAPVT XVII.

**S**acerdos quidam de Hispania anno presentis prope castrum comitis Losensis, dum in crepusculo noctis transfret de villa in villam, vidit in campo vicino torneamentum maximum mortuorum valide clamantium: Domine Waltere de Milene, domine Waltere de Milene: erat idem Walterus in militia nominatus, nuperque defunctus. Intelligens sacerdos illos esse, qui militum nudinas execrabiles representabant, subsistens, circulum circa se fecit: cumque visio cessaret, & ipse procederet, iterum illos videns, fecit ut prius, sic usque ad lucem laborans. Hæ duæ visiones mihi relatæ sunt a Wigero monacho Vilarienti. Referam tibi nunc exemplum de pœna vsurariorû,

## CAPVT XVIII.

**M**iles quidam moriens, bonis de vsura cõquisitis, filium suum hæreditauit; nocte quadã ad ostium fortiter pulsans, cum puer occurreret, & quid ibi pulsaret interrogaret, respõdit: Intromitte me, ego sum dominus huius possessionis, nomen suum exprimens. Puer per foramen sepis prospiciens, eumque cognoscens, respõdit: Certè dominus meus mortuus est, non vos intromittam, cumque mortuus pulsando perseveraret, nec proficeret, nouissimè dixit: Defer pisces istos, quibus ego vescor, filio meo, ecce ad portam illos suspendo. Mane exeuntes, reppererunt in quodam ligamine multitudinem bufonum atque serpentum. Reuera iste est cibus infernalis, qui igne sulfureo decoquitur. **APOLLONIVS**: Quid sentis de his, qui malè viuunt, & tamè elemosynas multas faciunt? **CAESARIVS**: Nihil eis prodest ad vitam æternam.

*De vsu-  
rario-  
rum pœ-  
nis.*

## CAPVT XIX.

**N**on multi anni sunt elapsi, quod quidam ditissimus ministerialis ducis Bajoaria defunctus est: Nocte quadam castrum, in quo vxor eius dormiebat, sic cõcussu est, ut terremotus fuisse videretur. Et ecce, ostio camerae, in qua illa iacebat, aperto,

Y y 4

quo: